Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31712
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



nubet eos qui benedicunt. q. iam
pdicandi ministerium subiuge. xl iii.
Eccla iussis obediens. obsecrat eum.
ad adiuuandos suos cepto spiritales
sepe se incordib; fideliu adhibe
presentem; Incipit liber. In
cantica canticorum. Ca. I.

Osculetur me osculo oris
sui. Quia meliora sunt ube
ra tua uino. flagitia unguentis
optimis. oleum effusum nomen tuum.
ido adolescentule dilexerunt te.
Trahe me post te. curremus
in odore unguentorum tuorum. Intro
duxit me rex in cellaria sua. ex
ultabimus et letabimur in te. memores
uberum tuorum super uinum. recti dili
gunt te. Ita ecclia. Nigra sum.
et formosa filie hierlim. sicut tabna
cula cedar. sicut pelles salemonis.
Nolite me considerare quod fusca sum.
quia decoloraunt me sol. filii ma
tris mee pugnauerunt contra me. po
suerunt me custodem in uineis. uine
am meam non custodiui. Indica mihi
quem diligit anima mea ubi cubas.
ubi pascas in meridie. ne uagari
incipiam per greges sodaliu tuorum.
Vox xpi. Si ignoras te o pulcra
inter mulieres. egredere et abi post
uestigia gregum. et pasce hedos
tuos iuxta tabnacla pastorum. sicut
tatui meo in curribus pharaonis.
assimilaui te amica mea. Pulch
re sunt gene tue. sicut turturis et col
lum tuum sicut monilia. Aurenu
las aureas faciemus tibi. uermiculatas
argento Vox ecclie. Dum est rex
in accubitu suo. narduus meus dedit
odorem suum. fasciculus myrrie
dilectus meus mihi inter ubera mea com
morabitur. botrus cypri dilectus meus
mihi in uineis engadi Vox xpi.
Ecce tu pulchra es amica mea.
ecce tu pulchra oculi tui columbay.
Vox ecclie. Ecce tu pulcher es di
lecte mi et decorus lectulus noster flo
ridus. tigna domorum nostrorum cedrina.
laquearia nostra cypressina. Vox x.
Ca. II.
Ego flos campi et lilium uallium. sicut li
lium inter spinas. sic amica mea in
ter filias Vox ecclie. Sicut malum inter
ligna siluarum. sic dilectus meus inter filios.
Sub umbra illius quem desiderabam sedi. et
fructus eius dulcis gutturi meo. Intro
duxit me in cellam uinariam. ordinauit
in me caritatem. Fulcite me floribus;
stipate me malis. quia amore lan
gueo. Leua eius sub capite meo. et
dextera illius amplexabitur me. Vox x.
Adiuro uos filie hierlim. per capreas
ceruosque camporum. ne suscitetis neque
euigilare facietis dilectam quo
adusque ipsa uelit. Vox ecclie.
Vox dilecti mei. ecce iste uenit
et saliens in montibus transiliens
colles. similis est capreae hinnulo que
ceruorum. En ipse stat post parietem
nostrum. respiciens per fenestras. prospi
ciens per cancellos et dilectus meus mihi loquitur.